



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XIV. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Prenzlau auf 4  
Jahre von aller Bede, am 22. Januar 1296.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XIV. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Prenzlau auf 4 Jahre von aller Bede, am 22. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus coram Vniuersis cristi fidelibus etatis tam presentis quam postere, presentibus publice protestantes, quod nos fidelium nostrorum Ciuium in Prenzlauia intuentes obsequia, ad que ipsos pronos inuenimus ac paratos, eorumque fidelitati nobis exhibite aliqua correspondere uolentes dilectionis mutue recompensa, ipsis dicteque Ciuitatis nostre incolis libertatem concessimus per presentes et damus, vasallorum nostrorum saniori vti consilio, a festo beati Martini nunc primum uenturo, per annos quatuor continue subsequentes ulterius duraturam, ita quod tempore Libertatis huiusmodi durante, nullam prorsus ab ipsis precariam, confiscationem, aut exactionem aliqualem, quocumque censeatur nomine, requiremus, nec per heredes nostros aut Officiales, uel Aduocatos quoscumque faciemus requiri. Ne igitur alicui super huiusmodi libertatis uoluntanea donatione dubium oriatur, presentes eisdem dare iussimus Litteras, sigillorum nostrorum appensionibus communitas. Hec autem Libertas est per viros prudentes uidelicet Rodolfum de Sceninge, Albertum de Brunelwich, Heinricum de Bertekow, Heinricum Lamperti, Gerhardum de Angermunde et Johannem de Strez, nostre Ciuitatis Consules placitata, presentibus nostris fidelibus Wernerio de Swaneberge, Friderico de Ekstede, Romelone, Johanne de Sydow, Heningo de Blankenburg et Heinrico de Stegeliz, militibus, et quam pluribus fide dignis. Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVI<sup>o</sup>., In die beati Vincentij martiris, et data per manus Gernodi, nostre Curie Notarii.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XV. Die Markgrafen Otto und Conrad beleihen Arnold von Colne mit Mühspächten aus Prenzlau und Heubungen aus dem Dorfe Gollmitz, am 27. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus et Presentibus publice protestamur, quod nos Arnoldo, puero de Colone vocato, quondam filio Johannis de Colone, bona subscripta uidelicet octauum dimidium chororum brafei ordeacii et octauum dimidium siliginis et duos choros brafei triticei in molendino ciuitatis prinzelaw et decem Talentorum redditus in Villa Golmyz contulimus possidenda eo jure et obseruata conditione, qua possedit pater pueri superius expressus, in verum feudum atque iustum. Et ne ulli super hoc dubium in futuro tempore oriatur, presentes damus literas nostris sigillis robotatas. Testes autem sunt Johannes Romelo, Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenwit, anno pincerna, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Prinzelaw, Anno